

RES CHRISTIANORUM.

Annī æræ vulg.	RES CHRISTIANORUM.	RES IUDÆORUM.	Annī imper. CLAU- DIJ.
54	tribunal adduxerunt, qui de eiusmodi questionibus iudicare nihil curat, <i>Aet. 18. v. 12. &c.</i> Iudeus APOLLO Ephesum pervenient, docet diligenter ea quæ sunt Domini, <i>Ibid. v. 24. &c.</i> Paulus Ephesum reversus 12. discipulos, qui baptismum Ioannis tantum noverant, instituit: qui, de lapso in eos spiritu sancto, loquebantur linguis. Mansitque ibi per tres menses suadens de regno Dei, <i>Aet. 19. v. 1. &c.</i> Discipulos deinde separans à Iudeis, docet in schola Tyranni per biennium, <i>Aet. 19. v. 9. & 10.</i>	tulit, Philippi Tetrarchia ei donata: adiuncta etiam Abellana Lysanæ. <i>Ioseph.</i> DRUSILLA, Agrippæ huius soror, reliquo marito Azizo Emefenorum rege, Felici Iudeæ procuratori nupsit; Ex eoque matrimonio Agrippa ille procreatus est, qui incendio Vesuviano perit, <i>Ioseph.</i>	14
55		Afinio Marcello, & Afinio Aviolæ Coss. 3. Idus Octobris, CLAUDIUS EXTINCTUS est, <i>Suet.</i> cum imperasset annos 13. mens. 8. & dies 20. Dio cum <i>Ioseph.</i> Et in medio eiusdem diei NERO gener & adoptivus filius imperator declaratus est, <i>Tacit.</i> Egyptum illum qui 4. hominum mill. perfusauit iussu suo menia Ierusalem ruitura, Felix invalidus cum suis militibus, <i>Ioseph.</i> & <i>Aet. 21. v. 38.</i>	NERO- NIS. 1
56	Septem filii Scevæ Sacerdotis primarij ab Energumenis vulnerantur. Qui fuerant curiosa factati, libros denar. 50. millia combusserunt, <i>Aet. 19. v. 14. & 19.</i> GALATÆ citò post discessum Pauli seduci, vehementiori EPISTOLA eo revocantur, <i>Aet. 18. v. 23. cum Gal. 1. v. 6.</i>		2
57	Orto in Ecclesia CORINTH. schismate, Paulus ad eos priorem scriptit EPISTOLAM, <i>1. Corinth. 1. v. 10. II. &c.</i> Et paulò post, cùm de eorum statu per Titum certior factus esset, SECUNDAM ad eosdem dedit.		3
58	Ex Macedonia in Græciam profectus Apostolus, Corinthum venit, unde EPISTOLAM AD ROMANOS scriptit, quo tempore cum collectis Macedoniae & Achæa profecturus erat Hierusalem, <i>Rom. 15. v. 25.</i> Inde in Asiam per Macedoniam iturus, Troade Eutychum in vitam restituit, <i>Aet. 20. v. 1. & 10.</i> Asso, Mitylene, Samo, Miletum pervenerunt; unde Paulus mittens Ephesum Presbyteros Ecclesie accessivit, quos gravissimè oratione de officio admonuit, <i>Ibid. v. 17. &c.</i> Paulus ab Ecclesia Hierosolymitana exceptus, à Iudeis propè est trucidatus: Tum à superveniente LYSIS Tribuno eruptus, <i>Aet. 21. v. 31. & 33.</i> Postea die coram Synedrio causam perorans, Ananiām Principem Sacerdotum, qui eum in os cœdi iussert, parietis dealbati nomine penitrigit, <i>Aet. 22. v. 30. cum cap. 23. v. 2. & 3.</i>	Apud Cæsaream Stratonis, inter Iudeos & Syros exortâ contentionem, Iudei iure civitatis exciderunt, indeque perpetuae seditiones, & prima causa belli, <i>Ioseph.</i> Agrippa summi Sacerdotium Ismaëli contulit Phœbi filio. Ipsi vero summi Sacerdotes dissidere cœperunt à Sacerdotibus Hierosolymitanorum ciuium, incedebantque armati, & Sacerdotibus debitas decimas auferabant; ita ut aliquot pauperibus fame deficerent, <i>Ioseph.</i>	4
59	Orto die Tribunus Paulum ad FELICEM provinciae præsidem misit, <i>Aet. 22. v. 26. 27. &c.</i> Aliquor post diebus Felix, qui Paulum de fide Christi ac iudicio futuro disserentem audiuit tremens; sperans tamen pecuniâ ab eo, sepius cum eo colloquebatur: totoque biennio eum in vinculis detinuit, <i>Aet. 24. v. 25. 26. & 27.</i>		5
60	Sed cùm successorum accepisset PORTIUM FESTUM, Paulum vinculum Cæsareæ reliquit, <i>Ibid.</i> Paulus à Festo auditus CÆSAREM APPELLAVIT, deinde coram Agrippa & eius sorore Berenice causam iterum orat catena vincitus, <i>Aet. 25. v. 10. & 13.</i>	Felicem dissidentem accusarunt Iudei: sed is Pallantis fratris precibus donatus est, <i>Tacit.</i> Veniens in Iudeam FESTUS offendit totam provinciam afflictam latronibus & sicariis, <i>Ioseph.</i>	6
61	Ut Romam mitteretur Paulus traditus est Iulio Centurioni cum aliis vincitis, multisque diebus Cretam pervenerunt, <i>Aet. 27. v. 1. &c.</i> Cum ieunium (solem illud expiationis, mensis 7. die 10.) iam preteriisse & periculosa esse inciperet navigatio, Paulus, ut illic hyemarent, suscit. Non acquiescentibus nautis, tempestate gravi iactati sunt navique dissoluta homines MELITAM adnatarunt, <i>Aet. 27. v. 9. & cap. 28. v. 1. &c.</i>	Marcus Evangelista, qui primus Alexandriæ Christum annunciat, 8. Neronis anno mortuus est, <i>Hieron.</i>	7
62	Cum Melita per tres menses mansisset, Romam sunt delati, ubi Paulo permisum est ut habitaret seorsim cum custodiente se milite, mansitque per biennium in proprio conducto, <i>Ibid. v. 11. & 30.</i>		8

At-

Fef-

RES CHRISTIANORUM | RES IUDÆORUM.

Atque hic finis libri Actuum Apostolorum.

ONESIPHORUS Paulum Romæ studiosè quæsivit: in-

venit, & eum recreavit, *2. Tim. 1. v. 16. 17. & 18.*Philippenses EPAPHRODITUM cum pecuniis Romam miserunt, ut Paulo subveniret, per quem Episto- lam ad eos scriptit Paulus, sperans fe ad eos citò venturum, *Philip. 2. v. 25.*Colossos ad PHILEMONEM, per servum ipsius One- simum, scribit Paulus, *Philem. v. 19. & 21.*

Aliam eodem tempore AD COLOSSENTES è vinculis

scribit, *Coloss. 4. v. 18.*Per Tychicum AD EPHESIOS scribit Paulus, *Ephes.*

6. v. 21. & 22.

Circa idem tempus AD HEBRAEOS Epistolam dedisse videtur; salutem illis à Fratribus Italibz dictâ, *Hebr. 13. v. 24.*Paulus expleto biennio illo, quo in libera custodia Roma docuerat, *Aetor. 28. v. 30.* manumissus, iterum Orientem, Occidentemque lustrat, & Colosibz à Philemone hospitio exceptus est, *Philem. v. 22.*64 Nero Romanus incendit, abolendoque rumor subdidit reos Christianos, *Tacit.*

Hæc fuit PRIMA in Christianos excitata PERSECU- TIO sanguinis.

In Creta insula prædicavit Paulus, reliquo ibi Tito ut reliqua corrigeret, & Presbyteros ordinaret, *Tit. 1. v. 5.*Ephesi aliquandiu moratus, Timotheum ibi reliquit, ut eam Ecclesiæ administraret, *1. Tim. 1. v. 3. & cap. 3. v. 14.*66 In Macedonia apud Philippenenses Paulus permanit si- cut ipsis promiserat, *Philip. 1. v. 25. & 26. cum cap. 2. v. 24.*Priore tunc AD TIMOTHEUM scriptit Epistolam, *1. Tim. 1. v. 2.*Mox aliam AD TITUM misit in Cretam, *1. v. 4. & 5.*Paulus SECUNDO ROMAM veniens, à Nerone semel auditus, absolutus est: de quo ipse, *2. Tim. 4. v. 16. & 17.* In prima mea defensione nemo mihi affuit.... Dominus autem mihi afferit... & liberatus sum de ore leonis.DEMAS Paulum reliquit, profectus Thessalonicanum, *2. ad Tim. 4. v. 9.*CRESCENS in Galatiam sive Galliam est missus, TI- TUS in Dalmatiam, Lucas solus Romæ cùm Paulô manfir, *ibidem v. 10. & 11.*PETRUS & PAULUS de appropinquante vita exitu à Domino sunt admoniti, *2. Petri 1. v. 14. & 2. Tim. 4. v. 6.*Paulus Ephesum SECUNDAM AD TIMOTHEUM mi- sit Epistolam, *2. Tim. 4. v. 12.*PETRUS & PAULUS Romæ prædixerunt brevi futu- rum regem, qui Iudeos expugnaret, *Laßant. lib. 4. cap. 21.*Iunij 29. PAULUS Romæ gladio cæsus est, & PE- TRUS cruci affixus, *Terull. Dionys. Corinth. Origen. apud Euseb.*

Atque hæc nunc Tabulis istis sufficiant.

Qui plus volet, adeat nostram CHRONOLOGIAM SACRAM, ubi plura leget, & quæ hic tantum indicantur, firmis inveniet rationibus stabilita.

Anni
imper.
NER.Festo mortuo, Nero successorem misit ALBINUM, *Ioseph.*Ananias Pontifex, Albino adhuc agente in itinere, indictio Concilio, IACOBUM, Iesu, qui Christus dicebatur, fratrem capite damnavit, *Ioseph.*Hoc factum, cùm boni quique improbarent, Ananias Ponificali privatus est, *Ioseph.* apud Christianos autem SIMEON Cleopha filius Episcopus est constitutus, *Euseb.*Quadiennio ante bellum Iudaicum, cùm civitas summa pace frueretur, Iesu quidam plebeius ad festum tabernaculorum veniens interdiu nocte que clamabat, vox ab Oriente, vox ab Occidente, &c. qui cohiberi non potuit, etiam plagiis ad ossa lacratus; ad singulos ictus id soium repetens, vox, & Hierosolymis: Idque per annos 7. fecit, donec lapis tormento missus cum peremisit, *Ioseph.*

10

FLORUS à Nerone successor Albino missus, pessimus homo, qui cùm modis omnibus Iudeos vexaret, eos adversus Romanos rebellare cogit, *Ioseph.*Interea Levite Agrippam induxerunt, ut decerneret eis usum stolæ lineæ, quæ solis erat sacerdotibus concessa. Quæ siebant contra instituta legis patriæ, nunquam absque piaculo violatae, *Ioseph.*

11

Cestius Gallus Hierusalem veniens, viresque civitatis Neroni significare volens; Pontifices, die Paschatis inventerunt hostias 255600. ad quas comedendas decem & aliquando viceni homines per singula contubernia conveniebant, *Ioseph.*Cestium circumstans multitudine, non minor quam 300. Myriadum (hoc est 3000000.) supplicabat, ut genti sua subveniret; qui tamen nihil promovebant: Quin Florus in dies augebat calamitates, *Ioseph.*

12

Sub Floro igitur ORTUM EST BELLUM, mense Maio, anno imperij Neronis 12. Regni Agrippæ 17. Praefecture eiusdem Flori anno 2. *Ioseph.*

Duravit verò per quadriennum: ipsa autem urbs per 6. menses est obfesa. In cuius obsidione homines interiore 100000. Qui numerus iis additus, quos Florus ab initio præfecture sua diversis locis perdidit, Summarum conficit 1337490. innumeris præterea alii omisssis, qui fame, exilio, miseria perierunt.

13

BRE-